MONUMENTA
GERMANIAE.

Codex Oldenburg. archiv. II, 6, a.
(Registrum episcopi Sutriensis)

Sergius III. natione romanus ex patre benedicto. ſedit annos VII. menſes III. dies XXIII.

Anaſtaſius III. natione romanus. ex patre luciano. ſedit annos II. menſem I. dies XXII.

Lando natione ſabinienſis. ex patre taino. ſedit menſes III. dies XXII.

Johannes X. natione ravennas ex patre iohanne ſedit annos XIIII. menſes II. dies VII.

Leo VI. natione romanus. ex patre christoforo primicerio ſedit menſes VI. dies XV.

Leo VII. natione romanus. ex patre ~~teudemundo~~. ſedit annos II. menſem I. dies XV.

Johannes XI. natione romanus. ex patre ſergio papa. ſedit annos IIII. menſes X.

Leo VII. natione romanus. ſedit annos III. menſes VI. dies X.

Stephanus VIII. natione romanus. ſedit annos IIII. menſes IIII. dies XV.

Marinus II. natione romanus ſedit annos III. menſes VI. dies XIII.

Agapitus II. natione romanus. ſedit annos IX. menſes VII. dies XXVI.

Johannes XII. qui et octavianus natione romanus ex patre alberico. ſedit annos VIII. menſes IIII. Iſte denique infelix quod ſibi peius totam vitam ſuam in adulterio et vanitate duxit. Cuius temporibus Otto imperator romam veniens ab eo honorifice ſuſceptus eſt. Sed cum a nequicia ſua eum ad id tempus concertando revocare non poſſet. ~~et~~ conſilio imperatoris cum ſuis fidelibus inito iterum romam venit quatenus idem protervus et ſceleratus pontifex cum ſuis archiepiſcopis atque epiſcopis recordaretur ut a tali ac tanto ſcelere reſipiſceret. Sed ipſe iniquus ſtatim ut de ſuo adventu audivit campaniam fugiens ibi in ſilvis et in montibus more beſtiae latuit. Tunc omnes romani uno conſenſu et una voluntate clerici atque laici rogaverunt imperatorem ut ſanctae matri eccleſiae dignum pontificem et pium doctorem tribueret. Facta itaque poſtulatione atque petitione univerſi populi tale a domino imperatore accepere reſponſum. Eligite qui dignus ſit. et

patris

Karolus
Francorum
rex
et
Romanorum
Patricius.
Conſtantinus
cum
matre
Hyrene

contumeliam fratrum prorumpens, reditus prediorum direpturum ac multimodis ſe ulturum minatur. Nec dum verba finierat, et ecce traditur ſatanae tam in interitum ſpiritus quam carnis. Amens namque effectus, caput illiſit parieti, donec cerebrum confregit. Sic miſer ſublatus de terra decernente Conſtantienſi epiſcopo feris et avibus expoſitus eſt. Viderint qui ingrati ſunt beneficiorum ſancti Udalrici, quali iudicio ſubdantur.

Johannes.
110. Martinus.
Adrianus.
Stephanus.
Formosus.
Bonifacius.
Stephanus. Iste a Formoso papa quandoque in episcopum ordinatus et postmodum papa effectus, ipsum defunctum in tantum persequitur, quod in concilio corpus Formosi positum induit veste laicali et duos digitos dextre precidit et manus in Tyberim proiecit.